

trigesimusseptimus

Chalcites ærei. Sicites fici. Ratio nominū non est in borfycite in nigro:ramosa cādidis aut sanguine frondibus. Nec gemite uelut in petra candidis manibus inter se cōplexis. Ananchitide in necromātia dicūt euocari imagines deorū. Synochitide umbras iferoꝝ euocatas teneri. Dendritide alba defofsa sub arbore quæ cadatur securis aciem non ebetari. Et sunt multo plures: magisq; mōstrificæ: quibꝰ barbari dedere nomine confessi lapides esse. Nobis satis erit in his coarguisse dira mendacia.

De gemmis nascentibus & factitiis: & figuris gemmarum. Cap. xii.

Hemma nascuntur repente nouæ ac sine nominibus: ut lampasci in metallis aurariis una inuenta quæ pp pulchritudinē Alexandro regi missa fuit: ut auctor est Theophrastus Coclides quoq; nunc uulgatissimæ famæ fiunt uerius q̄ nascunt: in arabia reptis ingentibus glebis Melle excoꝝ tradūt septenis diebus noctibusq; sine intermissione. Ita omni terreno uitiosoq; puluere decusso purgatā glebā artificū ingenio uariæ distribui in uenas: ductusq; maculæ q̄ maxie uendibili ratione sectantur. Quōdamq; tantæ magnitudinis fecere: ut equis regū in oriente siōtalia atq; p phaleris pēfalia facerent. Et alias oēs gēmae mellis decoctu nitescūt: præcipue corsici. In omni alio usu acrimonia abhorrentis. Quæ uariæ sunt: & ad nouitatē accedere caliditate ingenioꝝ cōtingit ut nomē usitatū non habeāt. Physes appellant uellut ipsius naturæ admirationē in his uendicātes cū finis nominū nō sit: quæ psequi nō eqdē cogito: innumera ex græca uanitate cōficta. Indicatis nobilibus gēmis et plebeis raroꝝ generū dictu dignas distrinxisse satis erat. illud mō meminisse cōuenit i crescentibus uariæ maculis atq; uerrucis lineæ: que interueniūt multiplici ductu: & colore mutata sæpius nomina in eadē plerūq; materia. Nūc cōmuniter ad omniū gēmaꝝ obseruationē ptinentia dicemus opiniōes secuti auctoꝝ. Cauæ aut extuberantes uiliores uidentur æq̄libus. Figura oblonga maxime potat: deinde quæ uocat lenticula: postea clipeidos & rotūda: angulosis minima gratia. Veras a falsis discernēdi magna difficultas. Quippe cū inuentū sit ex ueris gēmis in alteriꝰ generis falsas traducere. Sardonyces e cerauniis glutinātur gēmis ita ut deprehendi ais nō possit: aliūde nigro: aliūde candido: aliūde minio sūptis: oibus in suo genere pbatissimis. Quinimmo etiā extant cōmentarii auctoꝝ: quos non equidem demonstratim: quibus modis ex crystallo tingantur smaragdi: alæq; trāsflucentes. Sardonyx e sarda. Item ceteræ ex aliis. Neq; est ulla fraus uitæ lucrosior.

De ratione probandum gemmarum. Cap. xiii.

Qos cōtra rationē deprehendēdi falsas demonstrabimus: quādo etiā luxuriā aduersu fraudē muniri decet. præter illa q̄ in principalibus qbusq; generibus priuatim diximus. Trāsflucentes matutino pbatu consentiant si necesse est in quartā horā: postea aetant. Experimenta pluribus modis cōstant. primū pondere: si grauiores sentiūtur: post hæc corpore. Fictitiis pustulæ in profundo apparent. Scabritia in cute. In capillamēto folgoris incōstantia: prius q̄ ad oculos pueniat desinens nitore. Decussii fragmenti paulū: quod in lamina ferrea teratur efficacissimū expimēto excusāt mangones gēmaꝝ. Recusant similiter & limæ pbatōne. Obsidianæ fragmēta ueras gēmas nō scarificant. Fictitiæ scarificationis candicantiā fugiūt. Tantaq; differentia ē: ut aliæ ferro scalpi nō possit: aliæ nō nisi retuso: ueꝝ omnes adamante: plurimū aut in his terebræ pficit feruor. Gēmiferi amnes sunt anaxis: mater: ganger. Terræ aut omniū maxime india. Et iā peractis oibus naturæ opibus discrimē quoddā reꝝ ipsarū facere cōuenit. Ergo in toto orbe & in quacūq; cæli cōuexitas uergit: pulcherrima ē omniū rebus meritoq; principatū naturæ optinens Italia rectrix parensq; mūdi altera: uiri foemnis: ducibus: militibus: seruitiis: artū præstantia ingenioꝝ claritatibus. lam situ ac salubritate cæli: atq; tēperie: accessu cunctarū gentiū facili: littoribus portuosis: benigno uentorū afflatu. Etenim cōtingit recurrētis positio in partē utilissimā: & iter ortus occasusq; mediā: aquarū copia: nemoꝝ salubritate montiū articulis: ferorū aialiū innocētia: soli fertilitate: publi ubertate. quicquid est quo carere uita non debeat: nusq; est præstantius: fruges: uinū: olea: ueller: lina: uestis iuueni. Ne equos quidē in trigarii. præferri ullis uernaculis animaduerto. Metallis aurū: argenti: æris: ferri: quādiu libuit exercere: nullis cessit. Et iis nunc in se grauida p omni dote uarios succos: & frugū pomorumq; sapores fundit. Ab ea exceptis india fabulosis proximē quidē duxerim hispaniā quecunq; ambitur mari.

FINIS.

Registram huius operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z &
A B C D E F G H I K

Omnes sunt quaterni præter f & k qui sunt terni.

C. Plynii Secundi de naturali historia libri. xxxvii. Ex castigatiōibus Hermolai Barbari diligētissime Recogniti. Impressi Venetiis p Ioannē Aluifum de Varisio Mediolanensem āno a Natali Cristiāo. M. CCCCLXXXIX, die. xyiii. Maii: Cum gratia & priuilegio ut in eo

